

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Historia Caini Et Abelis, Notis Criticis, Philologicis,
Historicis Et Theologicis Illustrata[e]n Elektronische
Ressource**

**Fecht, Johann
Fecht, Gustav Friedrich**

Rostochi, 1704

VD18 10451528-001

§. VIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-41839](#)

ratione, quam quotidie in familiari cum Deo conversatione cognoscere poterant, ne colerent herum suum ex suo potius arbitrio, quam Dei nutu. Cumque nulla mundi aetate coli Deus salutariter extra Christum potuerit, Act. IV. 12. X. 43. XV. 11. Abel quoque fide in Christum sacrificium suum obtulerit, Ebr. XI. 4. fides verò non oriatur, nisi per verbum, Rom. X. 17. Ebr. XI. fieri non potuit, quin sacrificantes verbo Divino tum de ipso sacrificio, tum de præfiguratione Christi, tum denique de fiducia in hunc unice ponenda tuerint à Deo informati.

§. VII. Ad v. eund. *Sacrificium.*) R. Sal Ben Melech specimen eruditionis suæ Grammaticæ editurus probat, vocem מְנֻחָה non ab alia radice, qvam à מְנֻחָה provenire posse, qvia pluraliter legatur מְנֻחוֹת cum Scheva, similes vero voces, utpote שְׁמֻרָה שְׁפִירָה à similibus qvoque radicibus descendant. Qvod si radix ipsius מְנֻחָה foret adeoque מ ab initio vocem augeret, æqvum foret, ut pluraliter מְנֻחוֹת legeretur, מ scil. cum Chirek, sicut in simili מְזֻבָּח dicitur; aut certe מְנֻחָה, sicut à רָאֵת, בְּרוּךְ legitimus.

§. VIII. Adv eund. *A fine dierum.*) Ex omnibus reliquis sententiis illa mihi tanquam verissimilior placet, qvæ finem dierum anni, h. e. finem civilis anni intelligit. Hoc enim nempe mense Septembri fructuum terræ rationem in offrendo habitam fuisse, vestissimi Talmudistarum historici tradunt. Consule Buxtorfium in Synagoga. Tum enim poterant fructus omnium pulcerrimi ipsaqve novitate sua delectabiles D-o in cultum suum separari. Atqve eoipso ex verbis Mosaicis: *Et obulit Cain ex fructu telluris, Caini avaritia &*

C

hypo-

hypocrisis innuitur , qvod non ex fructibus terræ novis & pretiosis , sed ex qualibuscunque , seu ut *Aben E/ra* notat , vilioribus obtulerit . Qvod Judæus ex opposito colligit , qvod Abel obtulisse dicatur non ex pecoribus simpliciter , sed ex adipibus pecorum . Plane hæc est sententia *Aben E/ra* in hunc locum : **יעל רעתי כי נקראת השנה הממ' ימי-**
secundum meam sententię
am vocatur perfectus annus dies , pluraliter nempe
seu dierum nomine posito , absolute , ut ait Fagius , nec ad-
dito numero . Quod & alibi fieri Judæus probat ex Lev.
XXV. 29. ubi: dies (pluraliter) erit redemptio ejus , i. e. intra
annum integrum ; additque hujus loquendi consuetudinis
rationem : **בעבור שישבו חמי באורך או בקוצר כאשר**
ח' הו כתחלתן *& rato hujus significationis est , quia semper re-*
deunt dies , sive in parvitate , sive in extensione , sicuti fuerunt
ab initio . Nec Clerici exceptio adversus hanc sen-
tentiam alicujus momenti est , qui quaerit : sed hic
à quo tempore initium anni faciemus ? Quid enim hac
qvaestione opus est , si annum civilem intelliga-
mus , qvallem intelligi omnino necesse est ex mate-
ria , de qva loquitur Moses ? Unde aliter initiu-
m anni sumetur , nisi ab ipsius fine ? Inter finem nam-
que anni & alterius initium non intercedit , nisi tempo-
ris momentum . Verba autem Mosaica ad tollendam
omnem ambiguitatem & sensum loco plenissime resti-
tuendum hunc in modum vertenda sunt : in fine vel
post finem verò eujusdam anni , ubi omne genus fru-
ctus terræ pro more maturuerunt , oblationem ex iis-
dem fructibus Cain Deo obtulit .

§. IX. Ad v. eund. Et adduxit.) Qualis hæc fu-
erit oblatio , non parum discordant autores . Memi-
nit